Hic Pan eſt Demogorgonis filius, quem Vergilius Poeta inueniſſe fiuſtlam affirmat Rabanus in lib. i. De Origine Rerum referente Boccatio, cornua fronti infixa habere ſcribit, quæ in cœlum exporriguntur, præterea barbam prolixam, & in pectus pendulam affingunt, loco pallii pellem diſtinctam maculis, quam Nebridē veteres vocabant, purpuream addit faciem Vergilius, quæ omnia, quid reconditi habeant eſt videre apud Boccatium lib. i. Genealogiæ Deorum.

Illum Syluanum eſſe arbitramur in fronte cornutum, manu altera virgam, altera vero cornu tenentem, membris inferioribus hirſutum & hiſpidum, pedes habentes caprinos. Nam quod Rabanus eundem eſſe cum Pane exiſtimat, non videtur eſſe veriſimile, eo quod diuerſos figura inuicem eſſe deſcribat Panaq; Syluanum q; ſenem Nymphasq; ſorores. Sed quid velis ſectari liberum ſinimus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/apian1534/0561
gefördert durch die DFG